

52

D I S P U T A T I O  
C H R O N O L O G I C A  
S E C U N D A;

D e

S C R U P U L I S C H R O-  
N O L O G I C I S T E R M I N I  
secundi & tertii.

Quam

Auxiliante Deo

P R E S I D E

REVERENDO ET DOCTISS. VIRO,  
DNO JOHAN-JACOBO HERMANNO,  
Ecclesiae Herbornensis Pastore vicinarumq; Inspecto-  
re, SS. Theologiæ & Historiarum Professore, pa-  
rente suo honorando, publicæ  
censuræ subjiciet

NICOLAUS-GEDEON HERMANNUS  
Cælarco-Lutrensis Palatinus.

(S) (S)



H E R B O R N E N A S S O V I O R U M .

A N N O C H R I S T I

O p e M feras serVo, rogo, DeV's Cito.

# OCTASTICHON

AD ILLAS TRES ET GENIE  
AD RO  
REVERENDUM & CLARISS. VIRUM, DN. JOHAN. JACOBUM  
HERMANNUM, AFFINEM COLENDUM.

**U**T cùm Sol oritur, fugiunt umbræq; soporq;  
Noxq; abit atrata cincta caput nebulæ.  
Luce novâ albescunt auræq; & carula cœli;  
Et terræ atq; mari redditur inde color:  
Sic post quam ingenii cæperunt fundere lumen,  
Per quos antiquis fama revixit avis:  
Biblia habent melius, melius Sophieq; habet, omnia  
E longo rursum ac enituere situ.  
Posteritas igitur multum, multumq; vetustas  
His debet, qui sic tempora prijsa canunt.  
Posteritas igitur multum, multumq; vetustas,  
O HERMANNE vigil, debet, amande, tibi  
Nam quantum præstant humanis sacra: profecto  
Tantum tu reliquis anteferendus eris.  
Anteferendus eris reliquis, quæs calculus haustus  
E Biblio sordet, nauci abacusq; placet.

Johan-Henricus Alstedius F.



AD ILLUSTREM ET GENE-  
ROSUM DOMINUM, DN. JOANNEM BERN-  
hardum, Lib. Baronem à Kunowitz: Dominum in Wo-  
strow, Kunowitz & Laucka &c.

ET AD

ORNATISSIMUM VIRUM-JUVENEM,  
DN. CHRISTIANUM SALMUTH, LIBERALIUM AR-  
tium Magistrum, Domini Baronis Praeceptorem fidelissimum:

JOAN-JACOBI HERMANNI  
Pastoris Herbornensis

**M**iraris fortasse, Generose Baro: miratur tuus Praeceptor M. Salmuth: mirantur alii, cur huic disputationi hanc ad vos ~~accipiuntur~~ praeficerim. Si tibi Generose Baro, si tuo Praeceptori satisfecero, alias non moror. Causas igitur cognoscite. Primum disputationis materia, tum propter utilitatem, tum propter controversiam que de ea inter doctos est, celebris atq; illustris, digna est que ab omnibus cognoscatur: sed hoc mitto. Aliae cause due sunt, quæ ut hoc facerem me impulerunt. Quarum prior est, Illustris, Generosi ac Magnifici tui parentis generosa, magnifica & liberalis erga filium meum, Joannem-Jacobum, beneficentia: quem peregrinum, omnium consilio & ope destitutum, clementer suscepimus, in aula sua aliquot menses liberalissime habuit: quam benignitatem filius, aliquot ad me epistolis, pro dignitate predicare, & laudibus extollere se non posse, professus est. Ego igitur cum aliud in hoc tempore non possim, hanc ~~accipiuntur~~ grati animi publicum testimonium extare volui.

A ij

Altera causa est præclara & mirifica tua indoles: quam, dum domesticus meus convictor es, cum magna voluptate intucor. Profecto pietatem tuam dilito: admiror ingenium, pro hac tua etate eximium: delecto studio & industria tua: que omnia in te præclaracum sint, merito laudibus exornanda existimo.

Quia autem flexibilis adhuc etas est, & multa ad depravandum ubiqꝫ parata: ideo ad constantiam excitandus & confirmandus es: quam si in hac pietatis & virtutis via præstiteris, profecto

Dives opum mentis, Baro Generose, redibis

Moravidum ad fines: Faxit id Omnipotens.

Quotibi voto, cum ad nos venires, sum gratulatus. Tibi etiam prestantiss. Dn. Magister Salmuth gratulor: cui tam generosus animus, tant & spei discipulus contigit: cuius pietas, virtus, multarum rerum scientia: ad quas res præclaras comparandas, comparatas & amplificandas omnibus viribus contendit, ut olim parentibus atqꝫ cognatis honori, patriæ solatio esse possit. Perge generosum animum pietate & salutaribus præceptis imbuerere: uberrimus ad te etiam letitiae & voluptatis fructus redibit: ubi magna olim laude, & cum multorum utilitate in Republica florentem videbis. Hoc ut assequamini, ex animo precor. Valete. Herborne. Lutinius. 1613. Angusti, anni XXIII.

AD Is 6 pater Cito MlhI: qVla In te spero.





# DE SCRUPULIS

CHRONOLOGICIS

Disputatio secunda:

*Quæ complectitur scrupulos intervalli secundi à Tertio à Diluvio ad exitum ex Ægypto.*

THESES I.

**V**arro triplici notâ tempus distinguit. Primum vocat *obscurum*, eo quod res gestæ ejus temporis sint incognitæ. Alterum *fabulosum*, fabulosum: fabulis poëtatum celebre: qui ignorantia veritatis fabulis, quæ audiverant, involverunt. Tertium *isœcutor*, rerum gestatum descriptione illustre.

2. Primâ disputatione, primo termino tempus *obscurum* consideravimus: *obscurum*, inquam, prophanis scriptoribus; Mosi vero Spiritu Dei illuminato, & nobis qui ex Mose maximarum rerum hoc primo termino gestarum, cognitionem habemus, non modo *simpler* est hoc tempus, sed etiam *simplicior*.

3. Hac disputatione scrupulos secundi termini considerabimus: à Diluvio ad vocationem Abrahæ: cui neceesse est ad jungere intervallum tertium à vocatione Abrahæ ad exitum ex Ægypto: quia hi termini & eorum etiam scrupuli ita cohærent, ut seorsim vix expediri possint.

4. Secundus igitur terminus, continet tempus à fine Diluvii ad vocationem Abrahæ ex Ur Chaldaeorum: secundum nostrum calculum annorum 422.

5. Tres hinc scrupuli eximendi occurunt. Primus iterum ex diversitate Hebræorum & septuaginta interpretum: alter

de anno natali Abrahæ: tertius de anno vocationis Abrahæ  
& promissionis atq; pactionis, de qua Paulus Gal. 3. v. 17.

16 Primus scrupulus ex differentia septuaginta interpretum & Hebræorum, et si ex prima disputatione, in qua diximus Hebræorum calculum secundum, satis pateat: tamen duabus de causis h̄ic etiam proponendum duximus.

17 Quarum prima est, ut quanta differentia sit, appareat.  
Sic autem habent septuaginta secundū nostra exemplaria.

Sem genuit biennio post diluvium

Arphaxath

2 Cainan

Arphaxath

130 Salah

Cainan

130 Heberum

Salah

134 Phalechum

Heber

130 Regu

genuit an-

132 Saruchum

Phalech

130 Nahorem

Regu

79 Tharachum

Saruch

70 Abram, Nahorem,

Nahor

1072 Haranum.

Tharach

Summa annorum

8 Hebræi sic habent,

Sem genuit post diluvium

Arphaxath

2

Arphaxath

35 Salah

Salah

30 Heberum

Heber

34 Phalachum

Phalach

genuit an-

Regu

30 Regu

no etatis

32 Saruchum

Saruch

30 Nahorem

Nahor

29 Tharachum

Tharach

70 Abram, Nahorem,

Summa annorum

292 Haranum.

9 Differentia igitur est annorum 780.

10 Eusebius annos habet 942. cuius differentiae ratio est: quia Cainan, quem septuaginta interpretes faciunt filium Arphaxath, patrem Salah, quem anno ætatis 130. genuerit, omittit.

11 Altera causa cur hujus, inter Hebreos & 70. interpretes differentiae hic mentionem facere volui, est: ut excutiatur locus Luc. 3. v. 36. Ubi in genealogiam Christi infertur Cainan filius Arphaxath pater Salah. Unde, quia Lucas Spiritus sancti instinctu scripsit, videntur 130 anni, quos Καινᾶν antequam gigneret Salachum, vixit, calculo Mosis necessariò addendi.

12 Hunc scrupulum ut eximant, duplii viâ utuntur, dicentes vel ab alio aliquo additum hunc versiculum: vel ab ipso Evangelista ex septuaginta interpretibus sumptum.

13 Ego statuo igitur, Lucam ipsum ex septuaginta interpretibus apposuisse τὸν Καινᾶν: non solicitum vel de Chronologia, vel de omnibus Abrahami majoribus: sed intentum in scopum quem habuit propositum: qui fuit, demonstrare, Christum ex Davide & Abrahamo juxta promissiones, secundum carnem, ducere originem. Hunc scopum attingit, sive inferatur Καινᾶν, sive omittatur.

14 Alter scrupulus est de natali Abrahami anno: qui valde anxium & solicitum fecit Augustinum: & hodie Chronologos admodum exercet: aliis in annum Tharae 70, aliis in annum 130 natalem Abrahæ referentibus.

15 Utraque sententia & magnos authores, & graves rationes habet. Prior licet communior fit & antiquior: nos tamen posteriorem ut veritati magis consentaneam defendendam suscipimus: labefactato prioris sententiæ fundamento: posterioris autem firmamentis positis atq; confirmatis.

16 Qui in annum 70 Tharae Abrahami natalem collo-

cant, nituntur textu Mosis Gen. ii. v. 26. ubi dicitur Tharah annorum 70 genuisse Abramum, Nahorem, Haranum: unde colligunt, Abramum ideo primo loco poni, quia eo anno natus sit.

17 Respondemus, fallaci am esse causæ. In prima enim disputatione evicimus, non semper primo loco natum, qui primo loco ponitur: sed propter dignitatem aliquando præponi, qui ordinis ratione postponendus erat. Sic ostendimus, Schemum poni in annum 500 Noæ, qui natus est anno 502, biennio post diluvium centenarius.

18 Alia etiam extant hujusmodi mutationis exempla: Genes. 28. v. 5. Jacob præponitur fratri Esavo majori natu. Sic 1. Chron. i. v. 28. Ismaël primogenitus postponitur Isaaco.

19 At, inquies, Ismaël non fuit hæres, ideo postponitur. Rectè: Causa igitur esse potest, cur, qui non est primogenitus, primo loco ponatur.

20 Majoris momenti est hæc objectio. Non, inquiunt, est verisimile Mosen qui singulari studio reliquorum patrum ætates consignavit, Abrami nativitatis annum negligere aut suppressere voluisse. Respondeo, minimè neglexisse, multo minus suppressisse: sed Gen. ii. v. 32. & Gen. 12. v. 4. indicasse: ex quibus locis annus nativitatis Abrahæ haberi potest. Nec insolens est scripturæ, ut quæ obscurius dicta sunt, aliis in locis explicentur.

21 Igitur ex collatione Gen. ii. v. 32. & Gen. 12. v. 4. colligimus, Abrahamum natum anno ætatis patris Tharæ 130. Mortuo enim Tharah anno ætatis 205. Genes. ii. v. 32. Abrahamum annorum fuit 75: qui detracti ab annis ætatis Tharæ, relinquunt annos 130 ætatis patris, quo anno Abraham natus est.

22 Fuit is annus mundi 2008: à diluvio 352.

23 In hac sententia nos confirmat Stephanus Act. 7. v. 4. affirmans

affirmans, Abrahamum mortuo patre (cùm esset Abraham annorum 75, Gen. 12. v. 4.) à Deo Charris translatum in terram Chanaan. Si post mortem patris, Abraham annorum 75 è Charris translatus fuit in terram Chanaan: certè anno 70 patris natus esse non potuit, sed nativitas ejus referenda in annum patris 130: quod nos facilius: aut dicendum, patrem Abræ Tharachum non annos 205, sed 145 tantùm vixisse: id quod sacrae scripturæ contradicit, Gen. 12. v. 32.

24 Huic nostræ sententiæ multa objiciuntur; sed quantum ego hætenus videre potui, sine profectu. Cujusmodi est illud qui anno septuagimo patris natus dicitur, is non potest dici natus anno patris 130. Respondeo: Non simpliciter vel disertè dicitur Abram natus anno patris 70: sed Abram, Nahor, Haran eo anno nati dicuntur: hoc est, eo anno Tharachum cœpisse gignere hos filios, & ex his unum. Fallacia figuræ dictioñis, ut patet Gen. 5. v. 32. & 11. v. 10.

25 Nec sequitur, Tharachum post 70 ætatis annum ad 130 non genuisse: quia intra 70 & 130 alios gignere potuit filios, vel filias, qui in sacra scriptura non recensentur.

26 At, inquit, quomodo Abraham miraculi loco habuit, quod sibi centenario è nonagenaria Deus promisit filium: si ipse patris 130 anno natus esset? Respondeo: Sanè commode potuit: respiciens & suam infirmitatem ex crebris peregrinationibus auctam, & in primis uxoris sterilitatem. Ideo ait Genes. 17. v. 17. An nato centum annos, scilicet mihi, qui non eam sum corporis habitudine, quâ mei majores, nascetur proles? Hunc sensum probat sequens membrum. An etiam Sara pariet? quasi dicat: Si maximè alia, quæ nonaginta ætatis annos haberet, possit párere, tamen Saram, scilicet naturâ sterilem, parere, hoc verò est miraculosum.

27 Neque enim tum insolens fuit gignere centenarium; etiamsi non exprimatur in sacris literis: cùm ipse Abraham

annos natus plus minus 138 post Saræ mortem ducta alia uxore, liberos genuerit, Gen. 25 v. 1. Et postea ejus nepoti nona-

ginta septem annos nato, natus fit Benjamin, Gen. 35. v. 17.

28 Sunt etiam viri docti, qui Stephani verba Actor. 7. v. 4.

explicat non de translatione Abrahami, quæ facta est è Charis in terram Chanaan, anno ætatis Abrahæ 75: de qua Moses Gen. 12. sed de alia longè post ad fixam habitationem factâ ut sit sensus: Postquam Abraham diu multumq; sine certa sede in terra Chanaan peregrinatus est, tum demum Deus ipsum post mortem patris cum stabili habitatione in terra Chanaan transtulit.

29 Hæc explicatio, præterquam quod unâ tantum vocula (uestigiorum) nititur, etiam textui Stephani atq; Mosis vim facere, atq; idcirco non posse consistere, videtur.

30 Etenim tametsi Abrahamum sine certâ hereditate, adeò ut ne pedis vestigium habuerit, hinc inde peregrinatum esse, libenter concedimus: tamen in ipsa etiam peregrinatione (vestigiorum) habuisse certum est. Nam perinde dicitur Abraham ex ijs 29. v. 11 Xayadav: exactis decem annis ex quo habitasset Abraham in terra Chanaan, tradidit Sara Abrahamo famulam. Factum id est anno ætatis Abrahæ 85 exeunte, vel 86 incepiente, Genes. 16. v. 3. & 16. Hoc tempore si Abraham in terra Chanaan (vestigiorum) habuit: sequitur, quod ante Deus ipsum (vestigios): & si hoc tempore decennium habitavit in terra Chanaan: sequitur, quod ante decem annos Deus ipsum (vestigios), anno vide- licet ætatis 75, ut habet Moses Gen. 12. v. 4.

31 Deinde textus Mosis clarior est, quam ut possit alia translatio in terram Chanaan introduci. Abraham relicta ad Dei mandatum patriâ, cum parente & cognatis venit Charas, & ibi consedit, Genes. 11. v. 31. Dum ibi esset, mortuus est pater annorum 205. Gen. 11. v. 32. Deinde profectus est Abraham Charane sicut edixerat illi Deus. Erat autem tum an-

norum

norum 75. Gen. 12. v. 4. Et habitavit in terra Chanaan, Genes. 16. v. 3.

32 Abraham iterum Charras venisse, & inde à Deo translatum, Moses, itinerum Abrahami plusquam diligens scriptor, non meminit. Itaque non est hoc singendum.

33 Stephani etiam verba cum Mosis ita conspirant, ut ad aliam, quam illam ipsam transportationem, de qua Moses, referri omnino non debeant. Etenim primò ostendit Stephanus, quod Abraham exiens Ure Chaldæorum venerit Charras. Deinde, quod translatus sit in terram Chanaan post mortem patris. Ut rurique Moses. Cur igitur aliam apud Moysen, aliam apud Stephanum translationem intelligam: cum utriusque verba, verborumque cohærentia unam eandemque apud utrunque translationem innuant?

34 At objiciunt, Abrahamum nullam in terra Chanaan habuisse hæreditatem, nisi uno aut altero post patris mortem anno, quod secundum illorum sententiam factum esset anno ætatis Abrahæ 137: quo mortua Sara, agrum à filiis Hethi emit ad sepulchrum uxoris. Resp. I. Quidtum? habitavit tamen in terra Chanaan, ut antè ostendimus. II. Hinc potius inferendum, Stephanū eandem, quam Moses, translationem Abrahæ intelligere: hoc argumento.

35 Si Stephanus eam translationem Abrahæ ē Charris in terram Chanaan intellexit, postquam longo tempore nullam omnino hæreditatem accepit: sequitur, eam ipsam intellexisse, quam Moses describit c. 12. Ratio connexionis est: quia Moses nullius post illam translationem hæreditatis mentionem facit. Antecedens verum. Ergo & consequens. Assumptio probatur ex cap. 7. Act. v. 5. Nec dedit ei hæreditatem in ea terra, ne vestigium quidem pedis, &c.

A 35 Et à contrario. Si aliam translationem intellexisset Stephanus quam Moses (eam videlicet quam fingunt paulò ante

mortem Saræ factam) non potuisset dicere Stephanus, Nec dedit ei hereditatem &c. sed potius dicendum fuisset: Et dedit ei hereditatem: nam p[ro]p[ter]e agrum emptum a filiis Hethi. Ratio consequentia est: quia ad sepulturam Saræ uxoris emit agrum a filiis Hethi: cum antea ne vestigium pedis habuerit.

At illud dicit; hoc non. Ergo non aliam translationem intellexit Stephanus quam Moses ipse.

36 Hæc de secundo hujus termini scrupulo: sequitur tertiuss, de anno vocationis Abraham & pactionis primæ: de qua Paulus ad Gal. 3. v. 17. Ubi affirmat, post primam pactionem quadringentos & triginta annos clapios ad datam Legem.

37 De hoc anno meritò queritur. Nisi enim hic annus constet: non constabit initium annorum 430, quorum Moses mentionem facit Exod. 12. v. 40: de quibus in tertio termino.

38 Triplicem h[ic] invenio sententiam. Alii collocant in annum Abrahæ 70: alii in annum Abrahæ 75: alii in annum 85. Nos primam sententiam amplectimur: Et dicimus primam pactionem factam, cum Abraham adhuc esset in Ur Chaldaeorum anno ætatis ejus septuagesimo, anno mundi 2978.

39 Hæc pactione describitur Gen. 12 ab initio.

40 Ratio hujus sententiæ est: quia si ab exitu ex Ægypto retro numeremus 430 annos: quasi manu deducemur in hunc annum 70 ætatis Abrahæ; hoc modo:

Abram anno ætatis septuagesimo vocatur ex Ur Chaldaeorum.

Post annos 30 nascitur Isaac, Gen. 21. v. 5.

Anno Isaaci 60 nascitur Jacob, Gen. 25. v. 26.

Jacob anno ætatis 130 venit in Ægyptum, Gen. 47. 9.

Adde annos habita-

tionis in Ægypto 210

Et erunt anni 430

41 Deinde si anni 400, quos Deus definit peregrinationi & servituti posteriorum Abraham, Gen. 15. v. 13. de quibus etiam

Stephanus

Stephanus Act 7. v. 6. initium habent à natali Isaaci quod omnino statuendum August. judicat in Exod. quæst. 47. tum necessariò retro numerandi anni 30, ad primam pactionem; quo facto in annum 70 ætatis Abrahæ pervenitur.

41 Qui in annum Abrahæ 75 primam pactionem referunt; respiciunt ad Gen. c. 12. v. 4. Et quia Abram annorum 75 Charris relictis in Chanaan terram profectus dicitur; ideo inde initium 430 annorum faciunt. Verum quia Apostolus ad primam pactionem nos allegat, loco saepius citato; idcirco non videtur exitus ē Charris, ubi prima pactio non est facta, initium horum annorum dare.

42 Postremo, qui in annum Abrahæ 85 initium horum annorum collocant, illi hac ducuntur ratione, quod 15 capite non solum terræ Chanaan possessio repetitur; sed etiam confirmatio cum symbolis adhibetur: idq; factum putant decennio postquam in terram Chanaan venit Abraham cum familia, Gen. 16. v. 3. Atq; ad hanc pactionem respexisse Paulum putant Gal 3. v. 17.

43 Respondeo, fallaciam esse tum compositionis & divisionis: quia decennium quod Moses nominat cap. 16. v. 3. perperam ad historiam præcedentis capituli refertur: tum causa: quia longè alia causa est, cur Moses decennii mentionem facit: quām ut, quod isti volunt, initium pactionis notare voluerit. Ostendit enim Moses causam, cur Sara marito famulam tradiderit: videl. quia decennium jam clapsum fuerat ex quo in terram Chanaan venissent: & tamen effectus promissionis seminis nondum appareret. Quapropter cùm non solum Charris quinquennium, sed etiam in terra Chanaan decennium Sara mansisset sterilis: ne promissio fieret irrita, hoc remedium Sara excogitavit, satius existimans ex famula semen suscipere, quām omnino destitui.

44 Tertius terminus est à septuagesimo ætatis Abræ annis.

no ad exitum ex Aegypto, Exod. 12. v. 40, seu ad datam Legem, Gal. 3. v. 17.

45 Occurrit hic scrupulus acutissimus ex verbis Mosis Exod. 12. v. 40. Etenim quia Moses affirmat, tempus incolatus Israëlitarum in terra Aegypti fuisse 430 annorum; videtur hic simplex esse sensus: quod ab ingressu Jacobi anno ætatis 130 ad exitum, sub Mose, anno ætatis ejus 50, elapsi sint anni 430.

46 Verum si ea, quæ in tertio superioris termini scrupulo diximus, attente dispiciantur, exemptus erit hic scrupulus. Nam si anni illi 430 initium habent à prima pactione, quod suprà ostendimus: sequitur, non tot annos in Aegypto Israëlitæ habitasse.

47 Itaq; cum doctiss. Junio tempus habitationis in Aegypto, videlicet à Jacobi ingressu ad exitum Israëlitarum ex Aegypto, definimus annorum ducentorum decem, non contradicentes scripturæ sacræ, sed eandem ex collatione quorundam locorum, & rationibus certis explicantes.

48 Etenim si à prima pactione ad datam legem anni sunt 430, non possunt ab ingressu Jacobi in Aegyptum tot anni numerari. At tantecce deinceps verum, teste Apostolo ad Gal. 3. v. 17. Ergo & conseq.

49 Deinde si anni 400 peregrinationi & servituti à Deo assignati, Genes. 15. v. 13, à nato Isaaco, semine Abrahami, initium sumunt: non possunt anni 430, ab ingressu Jacobi in Aegyptum ad exitum intercedere: cum ingressus Jacobi 190 annis distet à nato Isaaco: Atqui secundum August. quest. in Ex. 47. cum quo consentit Junius & plerique; alii, anni illi 400 initium sumunt à semine Abrahamo promisso Isaaco. Ergo non possunt 430 anni ab ingressu Jacobi ad exitum numerari.

50 Si quis negaverit aslumtionem, is aliud initium 400 istorum annorum ostendat, quod non poterit.

51 Textus igitur Mosis ita intelligendus est, ut habitatio

seu

8

seu incolatus tempus pro tota peregrinatione Abrahami & posterorum, & pro habitatione in Ægypto conjunctim sumatur: Ægyptus autem ~~τοῦ Αἰγυπτίου~~ per synecdochen propter servitutis gravitatem exprimatut. Id quod 70 interpretes intellexerunt: qui ita reddiderunt: *νὴ παρελθόντες τοῦ ιακών Ισραὴλ, ἦν παρελθόντες εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ οὐχ ξαγχάνει, ἀντοικούσι πατέρες αὐτῶν, ἐπει τερπακόσαι τριάκοντα: hoc est, Habitatio autem filiorum Israël, quam habitarunt in Ægypto & in terra Chanaan, ipsis & patres ipsorum, est quadringentorum triginta annorum.*

52 Postremo si nulla alia ratio sententiam illorum, qui 430 annos ab ingressu Jacobi ad exitum ex Ægypto statuunt, everteret: unica haec quam subjungo, abunde sufficeret.

Si illorum familia, qui in Ægyptum deportati sunt ab ingressu ad exitum ex Ægypto, non se extendit ad 430 annos, certum est, tot annos inter ingressum & exitum non contineri.

Verum ad tot annos se eorum familia qui deportati sunt in Ægyptum, ad exitum non extendit. Ergo.

Assumptionem probo unico sed illustri exemplo, quod sacra scriptura suppeditat. Cahatus avus paternus Mosis descendit cum Jacobo in Ægyptum, Gen. 46. v. 11. Vixit autem Cahat annos 133, Exod. 6. v. 18. Amram pater Mosis vixit annos 137, Exod. 6. v. 20. Jam singamus, quod non est verisimile, singamus tamen, Cahatum infantem recens natum deportatum in Ægyptum: singamus deinde, Cahatum postremo ætatis anno genuisse Amiram: & hunc Amram postremo etiam ætatis anno genuisse Mosen: habebimus annos 270 ab ingressu Jacobi ad natum Mosen: addamus annos 80, quos Moses habuit cum populum duceret ex Ægypto: & emergent anni 350, desideratis annis 80.

Cum igitur reclamet historia, nec ullum exemplum in familia Jacobi produci possit, ex quo tot anni ab ingressu ad exitum appareant: necesse est, verba Mosis aliud sensum re-

quirerē: quām verba præ se primā fronte ferunt: quem sensum supra expressimus.

53 Idq; eò magis necesse est, quò certior & constantior est Dei, ut in omnibus, ita etiam in hac re, fides. Affirmat Moses eo ipso die, quo elapsi sunt 430 anni, exivisse omnem exercitum Dei: quo ostendit, tam exactam fuisse Dei veritatem, ut ne diem quidem liberationem populi distulerit.


54 Hinc igitur concludo, Deum apparuisse Abramo, & mandasse, ut relictā patriā, terram in aliam, quam monstraturus esset, se conferret, anno ætatis Abrahæ 70. Mund. 2078.

Ab hoc anno, die 15 mensis Abib ad diem 15 mensis Abib, quo die ex Ægypto Israëlitæ educiti sunt, anni sunt elapsi 430, qui sic eveniunt. Anno ætatis 70 Abraham ex Ure Chaldæorum egressus, venit cum parente & familia Charras: ibi habitavit quinquennium, ad mortem usque patris, Genes. 12. v. 4. Anno ætatis 85, exacto decennio in terra Chanaan, Sara tradidit Abramo famulam, Gen. 16. v. 3. quæ sequenti anno peperit Ismaëlem. Anno ætatis Abræ 100, Mundi 2108. natus est Isaac, Gen. 21. v. 5. Anno ætatis Isaaci 60. Mundi 2168 natus est Jacob, Gen. 25. v. 26. Anno ætatis Jacobi 130, transitus in Ægyptum, Gen. 47. v. 9. anno mundi 2298. Addantur igitur 5. II. 14. 60. 130. fit summa annorum à 70 Abræ ætatis anno ad transitum in Ægyptum 220.

His annis detractis à 430, de quibus Moses Exod. 12. v. 40, relinquuntur anni 210. Tot & non plures elapsi sunt ab ingressu Jacobi ad exitum ex Ægypto.

Rursus si hos 210 annos addideris ad 220 annos, qui elapsi sunt à prima pæctione, quæ facta est præcisè 15 die mensis Abib anno ætatis Abrahæ 70 ad 15 diem mensis Abib, quo Israëlitæ exierunt ex Ægypto, evenient anni 430, qui habentur Exod. 12. v. 40. Gal. 3. v. 17.

seu incolati  
posteriorum  
tur: Ægypt  
vitutis gravi  
lexetunt: q  
ακνσαν εν γη Α  
τρια κοντη; ho  
tarunt in Α  
est quadrin  
ill 52 Post  
430 annos a  
everteret: u  
Si illorū  
gressu ad ex  
certum est;  
Verū in  
Ægyptu  
Aflum  
sacra scriptu  
scendit cum  
Cahat anno  
nos 137, Ex  
le, fīngamus  
tatum in Α  
etatis anno  
am etatis ai  
gressu Jacob  
fes habuit  
anni 350, de  
Cūm i  
familia Jac  
exitum app  
us



Abrahāmi &  
undim summa  
n propter ser  
rpretes intel  
ν Ισραὴλ, ἦν παρ  
δού, ἐτη τεργάχοισι  
el, quam habi  
tres ipsorum,  
illorum, qui  
pto statuunt,  
ufficeret.

ati sunt ab in  
ad 430 annos,  
on contineri.  
 deportati sunt  
130 annos  
emplo, quod  
hus Mōsis de  
t. Vixit autem  
Mōsis vixit an  
nū est verisimi  
natum depor  
um postremo  
postremo eti  
nos 270 ab in  
80, quos Mo  
& emergent

exemplum in  
ab ingressu ad  
m sensum re-